

I. N. SS. T. A.

Totus amor DEUS est, bonitas & gratia totus,  
Largiter unde fluit gratia, amor, bonitas.  
O homo! cum tanto Deus in te flagret amore,  
Tu quoque de toto dilige corde DEUM.  
Gratia larga Dei Tibi adhuc, Melapyrgica Tellus;  
Fons ut inexhaustus jugiter usque fluit;  
PAX, Pax en VIget; eIa! DeI nataLIs aMICI:  
Gratia sola Dei præstat utrumque bonum.

Enim vero soli solius Dei Gratiae debentur immortales gratiae, qvod per totam vitam, & præcipue proximum undique periculosem annum ab omnipotencio ac detimento sartus atque tectus auspiciatissimum piè celebrat natalem

**ILLUSTRISSIMUS COMES AC DOMINUS,**  
**DOMINUS**

**ALBERTUS ANTONIUS,**

S.R.I.IV vir, Comes Schwartzburgi & Hohnsteini, Dynastia Arnsteti, Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ & Clettenbergæ,  
Patriæ Pater Optimus, Ecclesia ac Scholæ Nutritor  
munificentissimus,

eDItVs hIs terrIs, VbI faX MartI altera LVXIt.

Ut igitur & Schola Provinc. Schwartzb. ceu gratiae divinæ & illustrissimæ munificentiae alumna grata, aliquod gratiae mentis signum daret, supplex vota nuncupans & orans coram Deo stabit. Duo autem ex ista mensa gratuitæ alumni officio Λχαεισκων καὶ Οὐληων pro juvenili sua parte defungentur è pathologia acturi

**De AFFECTUS GRATIÆ subjecto, objecto, causa**

JOH. HENRICUS Winzer / Libringensis,

Magnam Dei Gratiam & Illustrissimi Nutritoris munificantiam gratias agendo celebrans;

**De AFFECTUS AMORIS pariter tribus præcipui:**

FRID. SAMUEL Landgraff / Ilmensis,

Amorem erga Deum & Magistratum excitans

**Ad. d. III. Martii hor. IX. in Audit. Maj.**

Ad quam natalitiam solennitatem, quotquot observantia & humanitas invitare jubet, demisse, reverenter humaniterque invitat

Cum Dn. RECTORE

JOH. CHRISTOPH. TREUNER. C.C.P. ConR.

Absolvens Cæsarologiam.

RUDOLSTADI, Literis FLEISCHERIANIS, Anno 1681.



*IMPERAT.* *Occid.* *Nomina,* *Elogia.*

Sec. XVI. & XVII.

*Bella, Fides* clarant CAROLUM & *Confessio* QVINTUM.

<sup>b</sup> FERDNANDUS *primus* Flos Orbis, Numa secundus.

*MAXime* tu similis Patris ÆMILIANE Secunde.

<sup>d</sup> Ec typa Patris Avi que RUDOLPHUS *imago secundus.*  
Mars nostras cœpit, claudat pax aurea seclum!

<sup>e</sup> Sceptra Senis MATTHIÆ infuscat flamma Bohema,

<sup>f</sup> Hinc Mars succedit FERDNANDI sceptra secundi.

Defesso pacem dat FERDNAND <sup>g</sup> tertius orbi;

<sup>h</sup> Cæsar ad huc seu Rex FERDNANDNS quartus obibat.

Sis LEOPOLDE Leo Turcis, TIBI vita salusque!

(Sis Turcis virrute LEO, sis POLDUS odore,

Sic LEO, sic POLDUS, sic LEOPOLDUS eris.)

(a) Summa de hoc rerum capita putentur singulæ historiæ: Præceptoris in eloquentia usus Hadriano Cardinali, postea Pontifice, cui cum in addiscenda L.L. minus obseqvens fuisset posteaq; Latinam orationem audiens non satis intelligeret, conversus subtristis ad suos, *nunc demum*, inquit, *Præceptoris admonitiones intelligo veras, qui sepè dixit, fore, ut me puerilis incuria pœniteret*: in arcu & sagittis instruatus à Wilbelmo de Groja Aschoti Marchione: *Lutherum* data fide publica (vulg. & barb. salvo conductu) Wormatiā arcessitum Comitiis Wormatiensibus anno 1521. proscriptis, qui domum rediens in via per ministros Ducis Saxon. in arcem Wartberg prope Ilenacum deductus, quam appellavit Patmum suam, ubi fere annum non otiosus vivens scripsit præcipue postilla Germanica. Interim hortanti-  
bus



bus nonnullis **Carolum**, ne fidem **Luther**o servaret; si fides, inquit, toto orbe exularet, penes Imperatorem esse oporteret, seq̄ue malle imperium amittere, quam fidem fallere. Caroli hoc prudens deliberandi consilium Principibus & omnibus deliberantibus notandum: quod nunquam, ubi non periculum in mora, sententiam suam dixerit, sed re per noctem in sequentem (cū vuntibzλn pro verb.) diligentius considerata tandem, quid sibi faciendum, statuerit. Parīam & Placentiam Gallis eripuit ad Papiam, (die Schlacht für Pavēy ubi locus dicitur der Thiergarten) cæsis, Rege Gall. **Francisco I.** capto, Romam occupavit, Turcam Viennam obsidentem in terrorem conjectit, Confessionem Augustanam in Aula 25. Jun. anno 1550. à Christiano Beyer Elect. Sax. Cancellario lectam & postea in Archivis Imperii sincerè & incorruptè repositam (vid. Dorsch. diss. de singulis & mirandis document. prov. div. circa A.C.p.21.) audivit, pacem religioni concessit. Gandavenses suos donuit voluitq; ut p̄cipui cives funem collo gestarent, quo se ultimo suppicio dignos faterentur. Non sine notabili observatione dicitur: *Gandavenses suos. Nam Gandavi Flandriæ metropoli natus A. 1500. d. 15. Febr. quo non obstante Germanum fuisse Dux Saxoniæ Fridericus in Electione Caroli V affirmat, & satis probatum dedit D. Straub. Diss. exot. 4. §. 6.* Quid ipse Germanum se fassus est hac urbanitate Imperatoriā Majestatem prudenter temperans & veritatem stabiens: postulabant aliquando pertinaciter Hispani, ut Germanos satellites & alios ministros ex aula ipse expelleret. Carolus vultu ad severitatem composito convocari Germanos jubet indicatq; illis Hispanorum petitionem, & venite, inquit, ego etiam sum Germanus, abeamus ex aula, ne Hispanis molesti amplissimus, & discessionem p̄ se tulit. Tum Hispani stultam suam petitionem agnoscentes ad Cæsaris pedes se abjecerunt ac ut maneret, supplicer rogarunt. In Africa *Tbanetum* urbem & *Golettam* cepit, urbi & regno *Muleassem* p̄fecit, sibiq; tributarium fecit. In bello Germ. anno 47. ad *Mulbergam* Elect. Sax. *Joh. Fridericum & Philip-pum* Haff. Landgr. cepit; de qua captivitate ceu maxime notabili momento digna sunt hic annotari sequentia: Compertum est, viatoriam de *Johanne*, *Friderico* Saxone omnis felicitatis illius finem ac quasi terminum fuisse. Cū spinian. histor. Cæsar. p̄f. ad Leot. Id quod ipse etiam Carolus, cum imperio le A. 1548. inita prius A. 1555. d. 26. Sept. cum Protestantibus Passaviensi transactione abdicasset, & in cœnobium S. Just. in Hispania concessisset, cuti transactione non fuit extorta *Carolo & Ferdinando I.* ita & hæc resignatio li-



bere facta. Vid. Famian. Strad. de bell. Belg. Dec. I. l. I. & Burgoldens. ad Instr.  
pacis part. I. disc. I. §. 43. frustra frementibus Jesuitis *Carolum & Ferdinandum in purgatorio ad huc pœnas transactionis luere*) testatus fuit his verbis:  
*Hätte ich den bleiben lassen/ wer Er gewesen/ so wäre ich auch geblieben/ wer  
ich gewesen/ vel ut alii referunt: O dicker/ dicker/ hätte ich gewußt/ daß so ein  
ehrlich Herz in deinen dicken Bauch gesteckt/ ich wolt es anders gemacht ha-  
ben.* Etenim Carolus in 22. mappis vel tabulis res gestas depictas in porticu  
suspenderat, & cum in iis lustrandis ad illam, in qua, ut *Johannem Frideri-  
cum* ceperit, piqum erat, pervenisset, ita dixisse fertur. In eodem Cœnobio  
opera & instruclione summi artificis *Jannelli Turriani* molas ferreas adeo  
subtiles tam artificiose fabricavit, ut monachus in mantica circumferre, &  
tamen quotidie tantum tritici in iis moli posset, quantum oculo hominum  
demenso diurno sufficeret. (*Ægid. Strauch.* continuat. hist. Sleid.) Ceterum  
de admiranda Joh. Frid. Sax. Cruce, Constantia & laudibus hic quædam no-  
tasse commodum est: Natus ille cum fulva seu aurei coloris cruce 13. Jun.  
(*Güntherus* 33. hujus nom. Com. Schwartzburgicus cum cruce cruenta per  
dextram manum, unde bellicosus) 1503. instante calamitatis tempore Sol  
aliqvot diebus sanguineus fere apparuit, ob fusum largiter Lutheranorum  
sanguinem, & quod fere eventus exsecrationi Octavii Farnesii respondisset,  
dicentis; *ita feriendos Lutheranos, ut eqvi in eorum sanguine natarent.* Elo-  
gium B. Lutheri pro & de hoc religioso Electore fuit: (Tom. 7. Jen. Germ.  
f. 424.) *Hey meinem gnädigsten Herrn dem Churfürsten ist/ Gott Lob/ ein  
züchtiges/ ehrliches Leben und Wandel/ ein warhaftiger Mund/ eine milde  
Hand/ Kirchen/ Schulen/ Armen zu helfen/ ein ernstes/ beständiges/ treues  
Herz/ Gottes Wort zu ehren/ die Bösen zu straffen/ die Frommen zu schützen/  
Fried und gut Regiment zu halten/ und ist der Ehestand so reine und läblich/  
daß es ein schön Exempel kan seyn allen Fürsten/ Herren und iederman: Ein  
Christlich und still Frauenzimmer/ das einem Kloster gleich ist. Da hört man  
täglich Gottes Wort/ geht zur Predigt/ betet und lobet/wil nicht sagen/ wie  
viel der Churfürst selbst liest und schreibt alle Tage. En Christiani Principis  
& aula idea! Captus in prælio à Nobili Germano Tilo de Trott in custodia  
detentus fuit integrum quinqvennium & dies 24. dimissus 19. Maj. A. 1552.  
Tempore custodiæ ita mansit constans, ut postea *religiosissimus, fortissimus,*  
*Constantissimus & magnanimus* diceretur. Hæc etiam fuerunt ejus verba:  
*Ehe ich von der Augspurgischen Confession abtreten/ und die Päpstische  
Greuel**



Greuel annehmen wolte/ ehe wolte ich ungescheuet meinen dicken Hals den  
Hendker herstrecken. Et cum exul qvidam pastor Lutheranus in custodia ei  
indicasset, qvod Cæsar ipsum & omnes Lutheranos proscriptisset, interroga-  
vit: Ob denn der Reyser ihm und seinen Gesellen auch den Himmel verboten  
hätte? Exuli neganti, Cy/ inquit, so hat es keine Noth/ seyd getrost/ last GÖt-  
walten/ der Himmel ist unser beständiges Vaterland und Erbgut. Hac con-  
stantia motus Cæsar sua manu articulum de religione inductum dimisit  
confirmans, se deinceps nulla molestia neqve ipsum neqve posterose jesus re-  
ligionis cedula affecturum esse. De Carolo adhuc notetur, qvod Doctori Sel-  
dio, Fratris Ferdinandi Legato, quo cum ad multam noctem de gravissimis  
imperii rebus sermonem, *Vlissinge* commodam navigandi in Hispaniam ad  
Cœnobium suum tempestatem expectans, ceciderat, satellite nullo præsen-  
te ipse facem deorsum in scalis prætulerit dicens: *Ecce, Carolus ante hac tot  
militibus stipatus jam solus tibi facem ipse lucet.* Carolus hic Indis, novis sub-  
ditis, aliquam legem non admodum gravem tulerat, illi vero legum insueti,  
ut una hac lege eximerentur, Carolo obtulerūt XXI. millions auri. (b) Prin-  
ceps prudentia, justitia, liberalitate, affiduitate & vigilantia nulli secundus, pie-  
tatis & pacis studiosissimus, hinc jure *Germanorum Numa*, (ut Romanorum  
Numa Regnum armis à Romulo quæsitum pace & legibus firmans) dici-  
tur, qvippe qui Germaniæ pacem religionis conciliavit, & in perpetuum  
confirmavit, sic satis doctus & doctis admodum fayens, nec patiens, ut quis  
eos conviciis proscinderet contemtimque Schulfüchse aut Dintenflecker /  
(uti ab aulicorum vulgo & martis pullis omne Doctorum genus dici impru-  
denter solet) appellaret aut de literis male loqueretur. Ejecto Jobanne Princi-  
pe Turcarum præsidio subnixo, Ungariam occupavit, Catzianum profliga-  
vit, *Budam* (Hungar. infer. opp. Öfen) obsidione pressit, Turcas acerrime op-  
pugnavit, *Agriam*, (sup. Hung. opp.) expugnavit, *Sigetum* liberavit. Sub hoc  
Imp. A. 1563. Concil. Tridentin. XVII. annorum finitum fuit. (c) Princeps pi-  
us, æquitatis, fidei, pacis, innocentiae, castitatis studiosissimus. *Job. Sigismundum*  
Transylv. Principem in angustias redigit, *Hatvan* recepit, *Tocaicum*,  
*Zerentium* & alia loca ultra *Tibiscum* Turcis eripuit, *Zatmar* & *Munaziam*  
expugnavit. Ut bellum Belgicum mature saporetur, omni studio egit, huma-  
nissime ad Regem Hisp. & Auraicum Princ. Ordinesque scribens missio ad  
trahitionem de pace Bredæ institutam **GUNTHERO**, Com. Schwartzb.  
Principe bellicosissimo & prudentissimo. Academizæ Juliæ privilegia con-



cessit, cuius Natalis d. XV. Octobr. A. 1456. Nobilitati Austriacæ exercitium  
veræ Religionis liberum concessit, valde Religioni nostrati addicatus & hinc  
qvibusdam Pontificiis *Imperator Lutberanus* dictus. Conjurationem  
*Grumbachianam* extinxit. Factio hæc *Grumbachiana* dicitur à *Wilhelmo*  
*Grumbachio* Nobili Franco, quem *Job. Fridericus* Junior Dux Vinariens. in  
Clientelam suscepit consiliarii honore dignans; sed cum maximo suo da-  
mno. *Grumbachius* enim, quod Episcopum Würzburgensem per sicarium  
interfecisset, ceu pacis publicæ turbator, proscriptus fuit, quem *Fridericus*  
recipiens ab Elect. Sax. in arce Grimmenstein, (post à Celsiss. Duce *Ernesto*  
b. m. reædificata & Friedenstein dicta) obsidetur, *Grumbachius* arce expu-  
gnata cum *Christiano Bruck*, J. U. D. in quatuor partes dissipatus, *Fridericus*  
Viennam deductus populiq; ludibrio expositus, vid. Thuan. l. 39. Hoc fre-  
quens Maximiliani II. fuit dictum: *Nullum est gravius delictum, quam ho-*  
*minem sibi dominium in conscientias arrogare.* Ejus tempore *Lanienus Parisiensis*, die Parissche Hochzeit patrata, quam inter alios accuratissime de-  
scripsit Gothardus Aitus Mercurio Gallo-Belgico. Maximiliani Orator fuit  
*Augerius Gislenius Busbekius*, à prædio suo in Flandria ita dictus. Vid. Lips.  
Cent. II. Epist. Select. 99. Nobilium vires in Belgio arcane quodam strategi-  
mate Politico attrivit hac ratione: plurimos in dignitatem Principum & Co-  
mitum evhebat dans titulos (gab ihnen Titels gnug) non opes, qui postea  
supra sortem suam sumtuosí facti scipios absumperunt. (d) Patri similis, sed  
hoc in Hungaria felicior, cum *Sigismundo Bathoreo Transylvano* foedus in-  
iit posteaque ab eo *Transsilvaniam* accepit contra Turcas defendendam, si-  
cut à Michaële Waiwodo Wallachiam, quas tamen Provincias diu retinere  
non potuit ob perfidiam incolarum, qui saepius suos *Waiwodas* i. e. Palati-  
nos mutabant. Pacem ergo in Imperio fovens iram in Turcas effudit, à qui-  
bus *Rabam* A. 1594. captam A. 98. recuperavit, aliaque castella, ut *Filicum*,  
*Novigradum*, *Strigonium* recepit, in ore frequenter habens: *Auxilio Domini*  
*superabit Imperator Turcam*, quod & sic factum, ut armis contra *Amura-*  
*tbum* annos XIV. feliciter per Duces (quos inter & Comes Schwartzburg.)  
uteretur, donec coactus Imperat. XXX. annorum inducias cum *Rudolpho II.*  
facere. Inter ipsum quidem & fratrem *Mattiham* est lis orta, cui concordia  
servandæ ergo cessit *Hungariam* & *Austriam*. Coronam quidem Ungari-  
cam *Rudolphus Mattia* ea lege concessit, ut nullus aliis preter *Archiducem*  
eligeretur. His utrinque pactis confirmatis Insignia Hungarica (diadema-  
gladius



gladius Regis Stefani, orbis regni aureus cruce insignitus, duo paria calceorum, vestimentum mira antiquitate venerandum, scepterum Regium) sub apero cœlo radita sunt. Calendarium Gregorius XIII. opera Lili Medici sui & Christophori Clavii Jesuitæ scripsit, & A. 1582. ad hunc Rudolphum misit, quod Protestantes, ne leonem in sinu soverent, recipere noluerunt, quo de vid. Mercur. Gallo Belg. Arti. Tom. 3. Idem Altiorina Academæ A. 1582. privilegia Noribergensibus concessit. Eodem Imperante Liber Concordiæ, cui instar 8000. Theologorum & Scholarcharum una cum Elest. Principibus, Comitibus, Baronibus, & Civitat. Imper. Coss. subscripterunt, Tbingæ & Dresde publice editus A. 1580. Aulam ejus merito Theatrum & Asylum do-  
ctorum virorum dixeris. Delectatus in primis arte pictoria & hinc in magno pretio habuit pictorem excellentissimum Job. ab Acib. Chymia, Mathesi, machinis horologiorum & globorum ecclestium eleganter factis, gemmis aliisq; ve. Bohemis & Silesiis de Religionis libertate & securitate Regiis literis (Majestät-Wrieffe) cavisse fertur legationibus splendidissimis à Turca, Perfa, Moscho, Tartaro horroratus moritur oœlebs A. 1612. (e) Matthias jam senagenarius Imperator factus Anno h. s. XII. Aulam sedis Cæsareæ, Pragæ Viennam Austriae traduxit, pacem cum Turca à Rudolpho initiam confirmavit, Aqvigranenses tumultuantes in ordinem redigit; contra sub ipso bello illud infelix, quod totam Germaniam postea corripuit, modo non corruptum, in Bohemia exortum est anno h. s. 18. quod cum contra Bohemos gerere coepisset, mortuus est. Initium & causa hujus belli fuit i. Temporum, quæ in Bohemia Evangelici exstruxerant, destructio, 2. Ferdinandi II. Imperatoris electio, quæ ab Electoribus Francofurti factam status Bohemicus impedire omni ope conitantur, veriti. ne Ferdinandus II. sua se exueret libertate, interim elegerunt sibi Fridericum V. Palatinum, qui tandem à Maximiliano Bavaro at Pragam in monte Albo A. B. 1620. vicitus, Duces Bohemorum erant Ernestus Comes Mansfeldius & Turrianus in auxilium ab Hungaria vocato Gabriele Betblebemo (Transilvan. Princeps) Cæsarei veroque vetus è Belgio miles ab Hispanis Cæsari missus, & Henricus Tam-pier; Ministrorum Cæsareorum ib. relictorum è Cancellaria per fenestras in fossam aulicam à Protestantibus tristi exitu facta 40. cubitorum dejectio. Erant illi Comes Wilhelmus Slabata, Jaroslau Borzita à Martiniz alias Schmeckjanski & ipsorum Secretarius M. Philipp. Blattb, alias piulus Scbmichna, quos sibi adversos Evangelici è fenestra, ut dictum, sidulque cum

cum ipsis pacem dejecerunt. 4. erat & hæc qvod Ferdinandus Cardinalem  
Cleselium ignaro Matthia ab aula sua removisset, & cum Hilfano de regno-  
rum Hungariae & Bohemiae successione clam pacta iniisset. Has & alias ratio-  
nes Bohemorum vid. ap. Lundorp. in Histor. Sleid. continuat. (f) Sub hoc  
triste toti Germaniae bellum penitus exarsit, qvod varii Annales Germanici  
passim justa narratione loquuntur. Hic de Ferdinando II. notentur seqq.  
Fridericum V. Elect. Palat. recens electum Bohem. R. proscriptis, & regio-  
& Palatinatu exuit, Austria tumultuantem subegit, unitos Principes pla-  
vit, Transilvanum Hungariam turbantem repressit, eiqve pacem extorsit,  
Mansfeldum Comitem, & Ducem Brunsvicens. dissipavit, Danum cecidit,  
Mantuam occupavit, Ragozkium turbas in Hungaria dantem compescuit,  
Magdeburgum expugnavit. Dum autem Polonis succurrerit, Svecum, Saxo-  
nem & Brandenburgensem Electores Principesq; aliquot foederatos irritavit,  
bellum hi in ipsum moverunt, in quo (A. h. s. 32.) ad Lüzenam cruento præ-  
lio Rex Sveciæ Gustavus Adolphus & Papenbeimus cadunt, ille non sine gau-  
dio Romanorum. Eodem anno Tillius ex vulnere ad Rainam accepto mo-  
ritur Ingelstadii. A. 34. Wallensteinus Fridlandus tollitur Egræ, Svecorum &  
foederatorum ad Nordlingiam ad XII. millia cæsa, A. 35. Elect. Sax. ad Pacifi-  
ca Pragæ consilia deduci, qvæ multi Imperii Ordines acceperunt. An. 35.  
Rex Galliæ Ferdinando Cælari bellum denunciat, An. 36. Saxo ad Witstockum cæditur à Sve-  
cis, Cæsariani Duce Galliæ invadunt Galliam, & Ferdinandus III. in Comitiis Ratisbonensi-  
bus eligitur R. Rom. cui An. 36. Ferdinandus II. pater filio Ferdinandu III. onus imperii tra-  
dens senio & varia belli fortuna debilitatus moritur. (g) Postquam bellum contra Svecos &  
Gallos varia fortuna continuasset, Ragozium à partibus Svecorum pace facta aveffisset, cum  
Gallis & Svecis qq. pacem firmavit, Germaniamqve ex præsentissi-  
mum interitu eripuit A. 1648.  
Deinde in curarum consortium assumpsit filium Ferdinandum Francum nat. 1633. Regem Bo-  
hemæ factum 1646. Ungaria 1647. Romanorum 1653. sed qvæ m- us 1654. & sic ante Patrem,  
qui anno 1657. d. 2. April. (h.) Nota est differentia, hodie qæc inter Casarem & Augustum  
ille idem, qui Rex Rom. f. Augustus futurus; hic ipse Imperator. Et talis spe adhuc erat pri-  
mogenitus Ferdinandi III. Ferdinandus Francus. i. Natus est hic noster Gloriosissimus Imp.  
LEOPOLDUS IGNATIUS An. 1640. d. 9. Jan. Rex Ungariae, 1655. Bohemiae, 1656. Imper.  
Rom. electus 13. coronatus 22. Jul. 1658. Eo die Viennam post coronationem re-  
cepit ante  
300. annos Rudolphus I. Austriacæ familiae conditor victoriæ ad Urbem La, ab Ottocaro Boh.  
R. portavit, qvod in optatissimam victoriæ contra hostes Ecclesiæ EI vertat ( id qvod ipsi  
cum omnia gena prosperitate à Deo promittit horor Parenti habitu, qvæ Rex factus coram Pa-  
renti & genu infexo sanctè promittebat, se inconsulto & insciente Patre nihil facturum )  
Huic nostro Gloriosissimo Imperatori, Principi humano & literato & literatorum  
Mæcenati & Mæcenatum AVGVSTO una cum AVGVSTA Conjuge  
& Prole sit vita & felicitas.

à DEO, &  
DEO SOLI GLORIA!

A.K.386.1

SCHE

Non una v  
minica hoc  
MINISCI  
sic utere, no  
μω, λιμω,  
nos excitat  
homo, flag  
nera & san  
TERRA S  
qva sospes

Dominus

SS. R. I. IV


Facultatis  
ECCLESIA

RE M

III. II do M

A

JO



II n  
238

eminiſcere GRATA,  
ovata Tibi.

MINISCERE. Adest Do  
p̄ais gentibus pax: RE  
ducem me habes, ista & me  
ina tricuspidē telo, πλέ  
ni tempus, qvo Salvator  
. REMINISCERE, δ  
EMINISCERE per vul  
ISCERE singulatim, ô  
gratiæ & bonitatis divinæ,  
lem,

DOMINUS,  
RTUS  
US,

scini, Dynasta Arnsteti,  
Nestenbergæ,  
PTIMUS,  
VIFICIENTISSIMUS,  
Ltera LVXit.

uiti DEO gratiarum  
fini

implandam sister

O Magno  
Rudolstadt.

O Magno

rancohul.

ii hor. IX. in Aud. Maj.

Wantia & humanitas

interque invitat

E

R. C. C. P. ConR.

CHERI, 1680.

